



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1777**

**VD18 90118898**

§. 140. Tumultus ingens a Delphteis Mulierius Suscitatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

tempore, quo Ferdinandus Cortesius Sæc. XVII.  
 Hispanorum Dux eo appullerat, quam A. C. 1616.  
 plurima Christianorum millia numera-  
 bantur; hoc autem anno quidam vene-  
 ficus Præstigiator, qui a Christi fide  
 transfuga se Prophetam, & Terræ Deum  
 mentiebatur, vicitim circum cursabat,  
 ac nunc singulis ac viritim, nunc gre-  
 gatim atque universis exponebat, quod  
 opibus, suaque libertate ab Hispanis,  
 Deorum autem furore a Missionariis  
 spoliati fuerint, proin haud cunctaren-  
 tur, Hispanum omne nomen, & Hi-  
 spanenses præsertim Sacerdotes suis ex-  
 terminare finibus. Hæc & plura alia  
 per turbas & Pagos Barbarorum præser-  
 tim Tepeguanorum disseminans, haud  
 difficulter, quoniam facillimus est in  
 pejora lapsus, quodcunque eis persua-  
 ferat, id & persuasit: Hi igitur conju-  
 ratione facta Catholicos in Divæ Catha-  
 rinæ Pago impotentibus furiis aggre-  
 diuntur, atque ex Hispanis plurimos,  
 variique Instituti Sacerdotes misere tru-  
 cidant; demum vero occisorum corpo-  
 ra per trimestre inhumata sub diu re-  
 linquunt.

## §. CXL.

*Tumultus ingens a Delphicæis Mulie-  
 ribus suscitatus.*

Hus-



Sæc. XVII.  
A. C. 1616.

*Merc. Gal-  
lobelg. tom.*

*II. l. 2.*

*Newill. hist.*

*D' Holland.*

*tom. I. p. 102.*

*Jæger. Hist.*

*Eccles. l. 6.*

*cap. 10.*

*Chuver. epit.*

*Hist. p. 775.*

Hucusque apud Fœderatos Belgii Ordines nec sectæ suæ recens natæ compactio tam valida firmaque erat, nec politica Regiminis novi norma ad eam excreverat stabilitatem, quin non indies crebra Religionis dissidia, popularesque turbæ fatis frequenter pluribus in urbibus pagisque orirentur: *Domi, inquit Cluverius & ipse ex Protestantibus, vix ferendæ libertati, erant animi plurimorum: Amstellodami, involabatur in cedes, quas Sacro suo Arminiani destinaverant: Delphis, ne mulieres quidem temperabant manibus, occasione arrepta ex Delphensis Senatus decreto die vigesima tertia Julii promulgato, vi cuius pro reparando, atque extendendo portu tributum pro frumento pendi solitum augebatur, ita tamen, ut illud, quod pro vino Rhenano & Hispanico solvebatur, nonnihil imminutum esset. Inæqualem hanc varietatem potissimi ex vulgo ægre ferebant, caussati, quod vinum quidem frequenter divites, pauperes raro bibèrent, frumento vero ne imbellis quidem turba carere valeret, proin potius vini quam frumenti vectigal augendum foret. Ceterum Senatu hæc vulgi querelas pensi habente, accidit, ut die prima Augusti copiosa mulierum turba sub vexillo cæruleo, quod ex muliebri succinctorio confue-*  
rant,



rant, unacum eorum prolibus in foro confluerent, literasque tributarias ingenti cum impetu sibi tradi postularent: His denegatis tanquam Bacchicis Origiis insanientes mox in Quæstoris ædes irruunt, valvisque summa vi dejectis, eum primo convitiis, postremo verberibus misere mulctant, & obvia quæque diripiunt. Enimvero Senatus cognito tumultu silentium mulieribus statim imperabat, quæ ædes quidem suas tum repetentes, sub meridiem tamen majori adhuc numero iterum in foro comparuere, sequenti autem die rursus effractis quæstorix Domus foribus, tabulas publicas dilacerant, ærarium spoliant, & repertam pecuniam per fenestras in vulgus projiciunt: inde ad Curiam properantes, eam pari furore invadunt, occupantque, & quicquid furentium oculis obvium, dilacerant, pulvinaria in terram abjecta pedibus conculcant, tanta rabie ac impetu, ut nec facta veniæ, & benignioris tributispe, nec Senatus edicto ad officium revocari potuerint. Prætorem ad se ablegatum, cum furentis hujus plebeculæ motus componere niteretur, crebris verberibus inflicto, facile profligarunt. Nec hic stetit muliebris iste promiscuæ turbæ furor: quippe in ipsum etiam Senatum convitia jaciunt, literas & codi-

Sæc. XVII.  
A. C. 1616.



Sæc. XVII. A. C. 1616. codicillos discerpunt, tamque incondi-  
tis clamoribus, tamque impotentibus  
furiis debacchantur, ut non foeminæ,  
sed milites hostilem urbem armis suis  
partam exspoliantes viderentur. Inde  
in cujusdam præcipui Senatoris ædes  
impetum fecere, multumque pecuniæ  
inde abstulerunt. Jubebantur a Sena-  
tu cives, ut suas quisque uxores do-  
mum revocarent, vel sumptis armis  
propulsarent: ast hæc mox viros suos  
armis spoliarunt, domumque redire  
compulerunt, ipsæ vero Senatorum æ-  
des involarunt, diffractisque fenestris,  
ac januis, cistas aperuerunt, indenum-  
mos, & quicquid obvium rapientes.  
Mox iterum in forum prodire, sese  
multis plaustris & curribus castrorum  
more munientes. Senatus igitur, ne  
pejora sequerentur mala, mulierum  
violentiæ cedere, impositumque tribu-  
tum tollere cogebatur, quo factò, hæc  
turbæ quidem, mulierum qualibet do-  
mum reversa, compositæ sunt, rumo-  
re tamen ad Ordines delato statim Fri-  
dericus Henricus Princeps, & Ernestus  
Nassoviæ Comes cum Equitum pedi-  
tumque copiis urbem ingressi sunt: po-  
stea sex ex præcipuis hujus tumultus  
auctricibus comprehensæ, in carceres  
conjectæ sunt, in viginti autem absen-  
tes sententia est pronuntiata, constituto  
cen-



centum florenorum præmio in eum, Sæc. XVII. A. C. 1616.  
 qui ex illis quampiam iudicio fisteret. Inde factum, quod plures tam Viri quam  
 fœminæ solum vertentes per mœnia e-  
 tiam, non sine vitæ periculo descen-  
 dentes profugerent, urbsque pluribus  
 incolis suis viduata permaneret.

## §. CXLI.

*Turcæ passim mari, terraque cæsi.*

Ineunte Mense Majo classis Cosmi II. Ferrer. con-  
 magni Etruriæ Ducis in duas Alge-  
 tin. Hist.  
 rianas Lybicorum Turcarum triremes  
 Hisp. c. 2.  
 Prætorianas in mari mediterraneo ad  
 S. 122.  
 Negropontum incidens, post atrox ut-  
 Merc. Gal-  
 lob. tom. II.  
 rinq̄ue certamen victor evasit, præda-  
 l. 2.  
 que centum millium coronatorum facta,  
 quadringentos & quinquaginta circiter  
 Christianos Turcicæ servituti adscriptos  
 in libertatem asseruit. Præterea Afri-  
 cani maris incolæ Melitenses, cum  
 tribus triremibus e Sicilia Naupactæum  
 venerè sinum, ac septem Turcarum  
 myroparones expugnarunt, quingen-  
 tosque circiter Janissaros cæperunt, ex  
 quibus trecentos & octoginta in vin-  
 cula compegerunt, residuis passim ob-  
 truncatis. Hac tamen clade minime  
 territus Achmetes, Siciliæ & Calabriae  
 ora centum triremium classe invadere  
 statuit: comperto autem consilio Offu-  
 na